Prologus auctoris

Reuerendissimi in christo patris et domini/ dñi Hugonis ꝛc. Cardinalis ꝓmi de ordine diui Dominici/in postillam super Leuiticum: Prologus.

Sicut in ꝓncipio libroꝝ aliarum facultatum q̃nq̃ solent doctrinaliter annotari: sic in ꝫ libro nobis videtur eadem breuiter ꝛ vtiliter prenotanda. Primo q̃s auctor operis. Secundo quę materia. Tertio quę intentio siue finis. Quarto quis modus agendi. Quinto q̃s titulus. Primũ/beniuolentiã lectoris acq̃rit. Quis em̃ non eligat lectionẽ: cuius doctor est moyses/ hominũ mansuetissimus/cui tantam gratiam deus contulit vt facie ad faciẽ secũ loquereꝯ: Secundũ/attentionem suscitat. Materia em̃ difficilis est ꝛ ꝓfunda/ꝛ attentũ exigit lectorem. Tertiũ ꝛ quartum/docilem reddit lectorem. Finis em̃ bonus est/ꝛ modus facilis: q̃ docilis lector requirere consueuit. Auctor igitur est moyses. Materia duplex ẽ: litteralis et spiritualis: siue historica ꝛ mystica. Scriptus em̃ est liber iste intus ꝛ foris/sicut ꝛ ceteri libri moysi. Foris litera occidente/siue historia: Intus spiritu viuificante/siue spirituali intelligentia. Litteralis igit materia huius libri est/ sacrificia: de quibus agitur hic. Spiritualis materia est id q̃ per sacrificia figuratur: vt est christi passio: Omnis enim sacrificiorum diuersitas christi passionem figuraliter expressit: sicut dicit Glosa. Intentio versatur circa materiam: Unde ꝛ duplex est/sicut materia. Historialis intentio/est diuersitatem sacrificioꝝ atq̃ libaminũ/ personarũq̃ offerentiũ qualitatem/atq̃ causam/ꝛ tempus/ꝛ locum offerendi/tam breuit q̃ vtilit explicare. Hęc em̃ quinq̃ ꝫ principaliter attendẽda videntur. Offerebantur em̃ in lege/aut animata aut inanimata. De animatis quinq̃/scilicet de armento bos siue vitulus: De grege/ouis ꝛ capra: De auibus/turtur ꝛ colũba. De inanimatis vero quędam arida/ꝛ quędã liquida. Arida vt thus ꝛ simila: panis/granũ fructꝰ: ꝛ ꝓprie dicebatur oblatio. Liquida/vinũ/oleum: et ꝓprie libamen siue libatio dicebat: licet his nominibus scriptura quandoq̃ indifferenter vtatur. Personę offerentiũ duę sunt: anima scilicet ꝛ synagoga. Animarum alia sacerdos: alia princeps: alia priuata persona: de quibus suis locis dicetur. Causarũ pro quibus offerebat/ triplex erat differẽtia. Offerebant enim quędã necessario: quędam sponte: quędam casu. Necessario/vt quę ex voto vel p̃cepto domini. Ex p̃cepto sane offerebantur p̃mitię frugum: vuarũ/fructuũ: p̃mitię etiam animalium: decimę quoq̃ omniũ p̃dictorũ: oblationes quoq̃ triũ solennitatum hebdomadalium. Mel vero vel fermentũ vel acetum/nunq̃ offerebat domino: tamen p̃mitię eorum suis temporibus offerebant sacerdoti: sed nihil ex his sup altare dñi ponebat. Generaliter autem in omni sacrificio ponebatur sal: q̃ nõ erat fas transgredi: Unde ꝛ sal fęderis dicebatur. Ex voto autem offerebant filij israel quando et quę volebant/dummodo munda essent/et idonea offerri scõm legem. Casu vero/vt si tetigissent mortuũ vel aliquid immundũ. De tempore patet: qz omni tẽpore ꝛ die licebat offerre/p̃cipue septima: id est sabbato: Et ĩ tribus dictis solennitatibus ꝛ alijs: de quibus infra .xxiij. dicetur. De loco autem notandũ q̃ tribus locis offerebatur hostia. Primo offerebatur ad ostium atrij sacerdoti/ vt videret si idonea esset offerri domino. Postea ad ostium tabernaculi offerebat dño ab eisdẽ quibus prius/tenẽtibus manũ super caput aialis: in signũ q̃ ptãtẽ quã in illo habebat ĩ aliũ trãstulisset: scz ĩ sacerdotẽ/in deuotionẽ ꝛ dedicationez eiꝰ deo. Tertio offerebatur a sacerdote super altare holocaustorum. Item notandũ q̃ sacrificiorũ quędam dicebantur holocausta: quędam ꝓprie sacrificia. Holocausta dicebantur/quę tota domino cremabantur: ab holon quod ẽ totum: ꝛ cauma quod ẽ incendiũ. Et fiebat tm̃ in p̃dictis quinq̃ animalibus. Sciendũ tamen q̃ holocaustorum pellis ꝛ fimus generaliter nõ cremabãtur/sed cuiusdã/vt vitulę rufę: cuiꝰ pellis ꝛ intestina ꝛ fimus extra castra ĩ loco sancto/vbi cineres effũdebant/cõburebãt: ꝛ iõ dignꝰ erat. Sacrificia ꝓpe dicebant/q̃rũ ps dño cremabat: ps sacerdoti/ps offerentibꝰ seruabat ad comedẽdũ. Q̃d vero de aridis offerebatur/appropriato nomine dicebat oblatio: Q̃d autẽ de liquidis/libatio vel libamen. Verũtamen sacrificiũ/hostia/victima/sũt generalia nomina animaliũ oblatorũ. Sacrificiũ dicitur a faciendo sacrũ: vel quia offerentem quodãmodo sacrũ faciebat: vel quia in offerẽdo ipm oblatum sacrũ fiebat. Hostia dicitur ab ostio/vbi offerebat ꝓm hebręos: Scõm gentiles ab hostibus vincendis. Victima dicitur a vinciendo scõm hebręos: quia vinctum adducebatur aial: Scõm gentiles a victoria habita: Uñ hostia ante bellũ/ sed victima post victoriã ĩmolabatur. Hęc omnia explanare/ intentio est historialis. Spiritualis vero intẽtio est/per hęc a peccato reuocare/ꝛ ad spiritualem intelligentiã promouere. Finis duplex est/ꝓprius scilicet ꝛ generalis. Proprius/horũ quę dicta sũt noticia. Generalis/declinatio a peccato/virtutis meritũ/beatitudo. Modus agẽdi talis est. Primo ostẽdit de quibus fieri debeat holocaustũ/ꝛ quomodo. Secũdo/ de quibus oblatio ꝛ libamen. Tertio ꝓsequitur de sacrificijs generaliter ꝛ causis eorũ. Titulꝰ talis est: Incipit Leuiticus. Sciendum tamen q̃ liber iste hebraice dicitur Vaÿkra/ quod sonat: et vocauit: Sz nos pro et/habemus autẽ. Et sic more hebręorum vocatus est liber iste: Vocauit autem: quia principijs librorꝝ nominant ipsos. Inchoat em̃ sic liber iste: Vocauit autẽ ꝛc. Grece dicitur Leuiticus: quia de electiõe ꝛ ministerio leuitarũ agit. Latine dicit offertorius siue sacrificatiuus: quia de sacrificijs ꝛ de his quę offerebantur tractat. Notandum autẽ q̃ Origen. super hoc libro homelias quasdam composuit/mysteriũ quandoq̃ exponens/litteram intactã relinquens: Deinde Esyrius hierosolymorum episcopus: tam ꝓm mysteriũ q̃ ꝓm litteram diffusius exposuit. De cuiꝰ expositiõe Rabanꝰ flores excerpsit. Unde si aliquę Glosę iueniunt intitulatę a Rabano ĩ hoc libro/Esytij sunt vt auctoris: Rabani vt sectatoris. Continuatur autẽ liber iste p̃cedẽti libro immediate: quasi opus vnũ: Nihil em̃ mediũ interuenit. In fine em̃ Exodi actus ẽ de erectione tabernaculi: q̃ erecto: vocauit deꝰ moysen: Uñ hęc ꝓiũctio aũt/ꝓtinuatiua est.

Exo.12.a.
Exo.33.b
Ezech.2.d.

Explicit Prologus.